



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

34 Defensores Regionarij septem ex omnibus selecti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

gimen, & administratio prædicta; ex * illis autem ipse D. Gre- 34
 gorius selegit septem in certum
 Ordinem redactos cum speciali
 nota Regionariorum, ita dictos
 à septem Regionibus Urbis,
 quorum residentia erat in Curia
 Romana penès Summum Pon-
 tificem, sicut etiam adnotarunt
 Onuphrius Panuinus, & Gret-
 zerus superius adducti, quorum
 locum nunc obtinent Aduocati
 Consistoriales; Nam etiam ho-
 die in Curia sunt plures Aduo-
 cati, nec tamen omnes dicuntur
 Consistoriales, sed hi tantum
 qui certo eorum Collegio pro-
 meruerunt adscribi cum Diplo-
 mate Pontificio.

Hæc de origine Aduocato-
 rum

torum Consistorialium ; quo-
 35 rum * Collegium in Ecclesia
 Romana crederem institutum
 fuisse instar Collegii centum-
 quinquaginta Aduocatorum
 Præfecti Prætorio , de qui-
 bus mentio fit in *l. cum Aduo-
 catio. 8. l. nemini 11. in princ.
 & vers. illud insuper. l. iubemus
 19. C. de Aduocat. diuers. Iudi-
 cior.* Primò, quia in illis require-
 batur eadem probatio honestæ
 conditionis, & vitæ, ac examen
 Iuris peritiæ, vt superius dictum
 fuit ex dicta *l. nemini vers. non
 aliter verò, & vers. Iurisperitos
 etiam, ac dicta l. iubemus vers.
 sine vlla cohortalis, & vers. non
 aliter.* Secundò quia illis pate-
 bat aditus ad intimum Cæsaris

Con-